

*eo sunt: quos notat Christus, Matth. ii, 8:*

*Ezech. 33, 31.*

*Item, quia ea precantur, à quibus totò corde abhorrent, neque ea impetrata volunt: ut sunt,*

*Quorum animi inter precandum peregrinantur.*

*Nomen etiam Dei sanctificari orantes; cùm illud scientes volentes profanent.*

*Regnum Dei venire; cùm illud destruere satagant.*

*Voluntas ejus fiat; cùm ei contumaciter reluctentur.*

*Panem quotidianum &c. cum benedictionem à Deo non expectent, sed usurpi, rapinis & fraudibus consequi nitantur.*

*Remissionem peccatorum: cùm se debitorum esse non agnoscant.*

*Tentationes & Diaboli insidias deprecantur verbis: in quas seipso temerè præcipitent.*

*Audunt quidem isti cum Deo; sed adversus seipso testimonium ferunt, efferendo voculam *amen*: cùm mendaces sint & hypocritæ.*

*Dehortatur graviter omnes Apostolus Galat. 6, 7.*

*Nos etiam Christi nomine omnes tales serio dehortamur: & in spiritu, & veritate ut adorent Deum, exhortamur.*

*Quia*